

hacer, procurad con vuestro ejemplo y autoridad despertar en todos alientos generosos, y que no se dejen vencer por ninguna dificultad. Hacedles ver, como Nos hemos dicho muchas veces, que se corren grave riesgo bienes grandísimos y sobremañera dignos de ser codiciados; por conservar lo cuales, todos los trabajos se deben tener por llevaderos, siendo tan excelente el galardón con que se remuneran esos trabajos, como es grande el premio que corona la vida de quien vive cristianamente. Fuera de que no querer defender á Cristo peleando, es militar en las filas de sus enemigos, y Él nos asegura que no reconocerá por suyos delante de su Padre en los cielos á cuantos rehusaron confesarle delante de los hombres en este mundo.

Por lo que hace á Nos y á todos vosotros, nunca, de seguro, consentiremos, mientras nos quede un soplo de vida, que falte, á los que pelean por nuestra autoridad, consejo y ayuda. Y no hay duda que así al rebaño como á los pastores dará Dios sus auxilios hasta conseguir completa victoria.

Alentados con esa confianza, como pronóstico de dones celestiales, y prenda de nuestra benevolencia, á vosotros, Venerables Hermanos, y al Clero y pueblo todo que os está confiado, con entrañable amor en el Señor, damos la bendición apostólica.

Dado en Roma, en San Pedro, el día 10 de Enero del año MDCCCLXXX, de Nuestro Pontificado el XII.

LEON PP. XIII.



EPISTOLA ENCYCLICA

De praecipuis civium christianorum officiis

LEO PP. XIII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

SAPIENTIAE christianae revocari praecepta, eisque vitam, mores, instituta populorum penitus conformari, quotidie magis apparet oportere. Illis enim posthabitis, tanta vis est malorum consecuta, ut nemo sapiens nec ferre sine ancipiti cura praesentia quaerit, nec in posterum sine metu prospicere. — Facta quidem non mediocris est ad ea bona, quae sunt corporis et externa, progressio: sed omnis natura, quae hominis percellit sensus, opumque et virium et copiarum possessio, si commodatis genere suavitatesque augere vivere potest, natum ad maiora ac magnificentiora animum explere non potest. Deum spectare, atque ad ipsum contendere, suprema lex est vitae hominum: qui ad imaginem conditi similitudinemque divinam, natura ipsa ad auctorem suum potius vehementer incitantur. Atqui non motu aliquo cursuque corporis tenditur ad Deum, sed iis quae sunt animi, cognitione atque affectu. Est enim Deus prima ac suprema veritas, nec nisi mens veritate alitur: est idem perfecta sanctitas summumque bonorum, quo sola voluntas aspirare et accedere, duce virtute, potest.

Quod autem de singulis hominibus, idem de societate tum domestica tum etiam civili intelligendum. Non enim ob hanc causam genuit natura societatem ut ipsam homo sequeretur tamquam finem sed ut in ea et per eam adiumenta ad perfectionem sui apta reperiret. Si qua igitur civitas nihil praeter commoditates externas vitaeque cultum cum elegantia et copia persequatur, si Deum in administranda republica negligere, nec leges curare morales consueverit, deterrime aberrat ab instituto suo et praescriptione naturae, neque tam est ea societas hominum et communitas putanda, quam fallax imitatio simulatioque societatis. — Immo vero ea, quae diximus, animi bona, quae in verae religionis cultu constantique praeceptorum christianorum custodia maxime reperiuntur, quotidie obscurari hominum oblivione aut fastidio carnimus, ita fere ut, quanto sunt earum rerum incrementa maiora, quae corpus attingunt, tanto earum, quae animum,

maior videatur occassus. Immutatae plurimumque debilitatae fidei christianae magna significatio est in iis ipsis iniuriis, quae catholico nomini in luce atque in oculis hominum nimis saepe inferuntur: quas quidem cultrix religionis aetas nullo pacto tulisset.—Iis de causis incredibile dictu est, quanta hominum multitudo in aeternae salutis discrimine versetur: quae civitates ipse atque imperia diu incolunt esse non possunt, quia labentibus institutis moribusque christianis, maxima societatis humanae fundamenta ruere necesse est. Tranquillitati publicae atque ordini tuendo sola vis relinquitur: vis autem valde est infirma, praesidio religionis detracto; eademque servituti pariendae quam obedientiae aptior, gerit in se ipsa magnarum perturbationum inclusa semina. Graves memoratu casus saeculum tulit: nec satis liquet num non sint pertimescendi pares.—Itaque tempus ipsum monet remedia, unde oportet, quaerere: videlicet christianam sentiendi agendique rationem in vita privata, in omnibus reipublicae partibus, restituere: quod est unum ad pellenda mala, quae premunt, ad prohibenda pericula, quae impendunt, aptissimum. In id nos, Venerabiles Fratres, incumbere opus est, id maxima quae possumus contentione industriaque conari: eiusque rei causa, quamquam aliis locis, in sese dedit opportunitas, similia tradicimus, utile tamen arbitramur esse in his Litteris magis enucleate officia describere catholicorum: quae officia, si accurate serventur, mirabiliter ad rerum communium salutem valent. Incidimus in vehementem eamque prope quotidianam de rebus maximis dimicationem: in qua difficilimum est non decipi aliquando, non errare, non animo multos succumbere. Nostrum est, Venerabiles Fratres, admonere quemque, docere adhortari convenienter tempori, ut *viam veritatis nemo deserat*.

Esse in usu vitae plura ac meliora catholicorum officia, quam eorum qui sint fidei catholicae aut perperam comites, aut omnino expertes, dubitari non potest. Cum, parva iam hominum genere salute Iesus Christus praedicare Evangelium Apostolos iussit omni creaturae, hoc pariter officium hominibus universis imposuit, ut perdiscerent et crederent, quae docerentur; cui quidem officio sempiternae salutis omnino est deoptico coniuncta. *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur* (1). Sed christianam fidem homo, ut debet, complexus, hoc ipso Ecclesiae ut ex ea natus subicitur, eiusque fit societatis maximae sanctissimaeque particeps, quam summa cum potestate regere, sub invisibili capite Christo Iesu, romani Pontificis proprium est munus.—Nunc vero si civitatem, in qua editi susceptique in hanc lucem sumus, praecipue diligere tuerique iubemur lege naturae usque eo, ut civis bonus vel mortem pro patria oppellere non dubitet, officium est christianorum longe melius simili modo esse in Ecclesiam semper affectos. Est enim Ecclesiae civitas sancta Dei viventis, Deo ipso nata, eodemque auctore constituta: quae peregrinatur quidem in

(1) Marc. XVI, 16.

terris, sed vocans homines et erudiens atque deducens ad sempiternam in caelis felicitatem. Adamanda igitur patria est, unde vitae mortalis usuram accepimus: sed necesse est caritate Ecclesiam praestare, cui vitam animae debemus perpetuo mansuram: quia bona animi corporis bonis rectum est antepone, multoque, quam erga homines, sunt erga Deum officia sanctora.—Ceterum, vere si iudicare volumus, supernaturalis amor Ecclesiae patriaeque caritas naturalis, geminae sunt ab eodem sempiterno principio profectae caritates, cum ipse sit utriusque auctor et causa Deus: ex quo consequitur non posse alterum officium perferre cum altero. Ultrique utrumque possumus et debemus, diligere nosmetipsos, benevolentes esse cum proximis, amare rempublicam potestatemque quae reipublicae praesit: eodemque tempore Ecclesiam colere uti parentem, et maxima, qua fieri potest, caritate complecti Deum.—Nihilominus horum officiorum ordo, vel calamitate temporum vel iniquiore hominum voluntate, aliquando pervertitur. Nimirum incidunt causae, cum aliud videtur a civibus respublica, aliud a christianis religio postulare: idque non alia sine de causa, quam quod rectores reipublicae sacram Ecclesiae potestatem aut nihil pensant, aut sibi volunt esse subiectam. Hinc et certamen existit, et periclitandae virtuti in certamine locus. Urget enim potestas duplex: quibus contraria iuventibus obtemperari simul utrisque non potest: *Nemo potest duobus dominis servire*, (1) ita ut omnino, si mos geritur alteri, alterum posthaberi necesse sit. Uter vero sit anteponendus, dubitare nemo debet.—Videlicet scelus est ab obsequio Dei, satisfaciendi hominibus causa, discedere: nefas Iesu Christi leges, ut praestur magistratibus, perumpere, aut, per speciem civilis conservandi iuris, iura Ecclesiae migrare. *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus* (2). Quodque olim magistratibus non honesta imperantibus Petrus ceterisque Apostoli respondere consueverunt, idem semper est in causa simili sine haesitatione respondendum. Nemo civis pace bellove melior, quam christianus sui memor officii: sed perpetui omnia potius, et ipsam melle mortem debet, quam Dei Ecclesiaeve causam deserere.—Quapropter non habent vim naturaeque legum probe perspectam, qui istam in defectu officii constantiam reprehendunt, et ad seditionem alunt pertinere. Vulgo cognita et a Nobis ipsis aliquoties explicata loquimur. Non est lex, nisi iussio rectae rationis a potestate legitima in bonum commune per lata. Sed vera ac legitima potestas nulla est, nisi a Deo summo principe dominoque omnium proficiscatur, qui mandare homini in homines imperium solus ipse potest: neque est recta ratio putanda, quae cum veritate dissentiat et ratione divina: neque verum bonum, quod summo atque incommutabili bono repugnet, vel a caritate Dei torquetur hominum atque abducatur voluntates.—Sanctum igitur christianis est publicae potestatis nomen, in qua divinae maiestatis speciem et imaginem quamdam

(1) Matth. VI, 24.—(2) Act. v, 29.

etiam agnoscunt, cum geritur ab indigno: iusta et debita legum verecundia, non propter vim et minas, sed propter conscientiam officii: *non enim dedit nobis Deus spiritum timoris* (1). Verum si reipublicae leges aperte discrepent cum iure divino, si quam Ecclesiae imponant iniuriam, aut iis, quae sunt de religione, officiis contredicant, vel auctoritatem Iesu Christi in pontifice maximo violent, tum vero resistere officium est, parere scelus: idque cum ipsius reipublicae iniuria coniunctum, quia peccatur in reipublicam quicquid in religione delinquitur.—Rursus autem apparet quam sit illa seditionis iniusta criminatio: non enim abiicitur principi legumque latoribus obedientia del ita: sed ab eorum voluntate in iis dumtaxat praeeceptis disceditur, quorum ferendorum nulla potestas est, quia cum Dei iniuria ferentur, ideoque vacant iustitia, et quidvis potius sunt quam leges.—Nostis, Venerabiles Fratres, hanc esse ipsissimam beati Pauli Apostoli doctrinam: qui cum scripsisset ad Titum, monens christianos *principibus et potestatibus subditos esse, dicto obidere*, illud statim adiungit, *ad omne opus bonum paratos esse* (2): quo pelam fieret, si leges hominum contra sempiternam legem Dei quicquam statuunt, rectum esse non parere. Similique ratione princeps Apostolorum iis, qui libertatem praedicandi Evangelii sibi vellent eripere, forti atque excelso animo respondebat, *si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire, quam Deum, iudicate: non enim possumus quae vidimus et audivimus non loqui* (3).

Ambas itaque patrias unumquemque diligere, alteram naturae, alteram civitatis caelestis, ita tamen ut huius, quam illius habeatur caritas antiquior, nec unquam Dei iuribus iura humana anteponantur, maximum ex christianorum officium, itemque velut fons quidam, unde alia officia nascuntur. Sane liberator generis humani de se ipso *Ego, inquit, in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati* (4). Similiter *ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut accendatur?* (5). In huius cognitione veritatis, quae mentis est summa perfectio, in caritate divinae, quae perficit pari modo voluntatem, omnis christianorum est vita ac libertas posita. Quorum rerum, veritatis scilicet et caritatis, nobilissimum patrimonium, sibi a Iesu Christo commendatum, perpetuo studio vigilantisque conservat ac tueri Ecclesia.

Sed quam acre adversus Ecclesiam bellum deflagraverit quamque multiplex, vix attinet hoc loco dicere. Quod enim rationi contigit complures res occultas et a natura involutas scientiae pervestigatione reperire, easque in vitae usum apte convertere, tantos sibi spiritus sumpsere homines, ut iam se putent numen posse imperiumque divinum a communi vita depellere.—Quo errore decepti, transferunt in naturam humanam ereptum Deo principatum: a natura petendum omnis veri principium et normam praedicant: ab ea manare, ad eam-

(1) II Timoth. 1, 7.—(2) Tit. III, 1.—(3) Act. IV, 19, 20.—(4) Io. XVIII, 37.—(5) Luc. XII, 49.

que esse cuncta religionis officia referenda. Quocirca nihil esse divinitus traditum: non disciplinae morum christianae, non Ecclesiae parendum: nullam huic esse legum ferendarum potestatem, nulla iura; imo nec ullum Ecclesiae dari in reipublicae institutis locum oportere. Expetat vere atque omni ope contendat capessere res publicas et ad gubernacula sedere civitatum, quo sibi facilius liceat ad has doctrinas dirigere leges moresque fingere populorum. Ita passim catholicum nomen vel aperte petitur, vel occulte oppugnatur, magnaque cuilibet errorum perversitati permissa licentia, multis saepe vinculis publica veritatis christianae professio constringitur.

His igitur tam iniquis rebus, primum omnium respiciere se quisque debet, vehementerque curare, ut alte comprehensam animo fidem intenta custodia teneatur, cavendo pericula, nominatimque contra varias sophismatum fallacias semper armatus. Ad cuius incolumitatem virtutis illud etiam perutile, et magnopere consentaneum temporibus iudicamus, studium diligens, ut est facultas et certus singulorum, in christiana doctrina ponere, earumque rerum, quae religionem continent, quaeque assequi ratione licet, maiore qua potest notitia mentem imbuerent. Cumque fidem non modo vigere in animis incorruptam, sed assiduis etiam incrementis oporteat augescere, iteranda persaepe ad Deum est supplex atque humilis Apostolorum flagitatio, *adauge nobis fidem* (1).

Verum in hoc eodem genere, quod fidem christianam attingit, alia sunt officia, quae observari accurate religioseque si salutis semper interfuit, hac tempestate nostra interest maxime.—Nimirum in haec, quam diximus, tanta ac tam late fusa opinionum insaniam, profecto patrocinium suscipere veritatis, erroresque ex animis evellere, Ecclesiae munus est, idque omni tempore sanctoque servandum, quia honor Dei, ac salus hominum in eius sunt tutela. At vero, cum necessitas cogit, incolumitatem fidei tueri non illi solum debent qui praesunt, sed quilibet tenetur *fidem suam alius populare, vel ad instructionem aliorum fidelium sive confirmationem, vel ad reprimendum infidelium insultationem* (2). Cedere hosti, vel vocem premere, cum tantus undique opprimendae veritati tollitur clamor, aut inertis hominis est, aut de iis, quae proficitur, utrum vera sint, dubitentis. utrumque iurpe, atque iniuriosum Deo: utrumque cum singularum tum communi salutis repugnans: solis fidei inimicis fructuosum, quia valde auget remissiorum opera audaciam improborum.—Eoque magis christianorum vituperanda segnitias, quia falsa crimina dilui, opinionisque pravae confutari levi negotio, ut plurimum, possunt: maiore aliquo cum labore semper possunt. Ad extramum, nemo unus prohibetur eam adhibere ac praesae ferre fortitudinem, quae propria est christianorum: quia ipsa non raro animi adversariorum et consilia franguntur. Sunt praeterea christiani ad dimicationem nati: cuius quo maior est vis, eo certior, Deo opitulante, victo-

(1) Luc. XVIII, 5.—(2) S. Thom. II-II Quaes. III, art. 1, ad 2.

ris. *Confidite: ego vici mundum* (1). Neque est quod opponat quisquam Ecclesiae conservatorem ac vindicem Iesum Christum nequaquam opera hominum indignere. Non enim inopia virium, sed magnitudine bonitatis vult ille ut aliquid a nobis conferatur operae ad salutis, quam ipse peperit, obtinendos adipiscendosque fructus.

Huiusce partes officii primae sunt, catholicam doctrinam proferri aperite et constanter, eamque, quoad quisque potest, propagare. Nam, quod saepius est verissimeque dictum, christianae quidem sapientiae nihil tam obest, quam non esse cognitum. Valet enim per se ipsa ad depellendos errores probe perceptam: quam si mens arripuerit simplex praedictisque non adstricta opinionibus, essentendum esse ratio pronuntiat. Nunc vero fidei virtus grande munus est gratiae bonitatisque divinae: res tamen ipsae quibus adhibenda fides, non alio lere modo quam audiendo noscuntur. *Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante?...* Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi (2). Quoniam igitur fides est ad salutem necessaria, omnino praedicari verbum Christi consequitur oportere. Profecto praedicandi, hoc est docendi, munus iure divino penes magistros est, quos *Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei* (3), maximeque penes Pontificem romanum, Iesu Christi vicarium, Ecclesiae universae summa cum potestate praepositum, credendorum, agendorum magistrum. Nihilominus nemo putet, industriam nonnullam eadem in re ponere privatos prohiberi, eos nominatim, quibus ingenii facultatem Deus cum studio bene merendi dedit: qui, quoties res exigat, commode possunt non sane doctoris sibi partes assumere, sed ea, quae ipsi acceperint, impertire ceteris, magistrorum voci resonantes tamquam imago. Quinimo privatorum opera visa est Patribus Concilii Vaticani usque adeo opportuna ac frugifera, ut prorsus deponendam iudicarent. *Omnes christifideles, maxime vere eos, qui praesunt, vel docendi munere funguntur, per viscera Iesu Christi obtestamur, nec non eiusdem Dei et Salvatoris nostri auctoritate iubemus, ut ad hos errores a sancta Ecclesia arendos et eliminandos, atque purissimae fidei lucem pandendam studium et operam conferant* (4). Ceterum serere fidem catholicam auctoritate exempli, professionisque constantia praedicare, quisque se posse ac debere meminert. — In officiis igitur quae nos iungunt Deo atque Ecclesiae, hoc est numeratum maxime, ut in veritate christiana propaganda propulsandisque erroribus elaborat singulorum, quoad potest, industria.

Quibus tamen officiis non ita, ut oportet, cumulate et utiliter satisfactori sunt, si alii seorsum ab aliis in certamen descenderint. — Futurum sane Iesus Christus significavit, ut quam ipse offensionem hominum irrididamque prior excepit, in eadem pari modo opus a se institutum incurreret; ita plane ut ad salutem pervenire, ipsius bene-

(1) Io. XVI. 33. — (2) Rom. X. 14, 17. — (3) Act. XX. 28. — (4) Const. *Dei Filius*, sub fin.

ficio partem multi reapse prohiberentur. Quare vult non alumnos dumtaxat instituere disciplinae suae, sed hos ipsos societate coniungere, et in unum corpus, *quod est Ecclesia* (1), cuius esset ipse caput, apte cogmentare. Permeat itaque vita Christi Iesu per totam compagem corporis, alit se sustentat singula membra, eaque copulata tenet inter se et ad eundem composita finem, quamvis non eadem sit actio singulorum (2). His de causis non modo perfecta societas Ecclesiae est, et alia qualibet societas longe praestantior, sed hoc ei est inditum ab Auctore suo ut debeat pro salute generis humani contendere *ut castrorum acies ordinata* (3). Ista rei christianae compositio conformatioque mutari nullo modo potest: nec magis vivere arbitrata suo cupiam licet, aut eam, quae sibi libeat, decertandi rationem consecrari: propterea quod dissipat non colligit, qui cum Ecclesia et Iesu Christo non colligit, verissimeque contra Deum contendunt, quicumque non cum ipso Ecclesieque contendunt (4).

Ad hanc vero coniunctionem animorum similitudinemque agendi inimicis catholici nominis non sine causa formidolosam, primum omnium concordia est necessaria sententiarum: ad quam ipsam videmus Paulum Apostolorum Corinthios eolor tantem vehementi studio et singulari gravitate verborum: *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata: sicut autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia* (5). Cuius praecepti facile sapientia perspicitur. Est enim principium agendi mens: ideoque nec congruere voluntates nec similis esse actiones queunt, si mentes diversa opinentur. Qui solam rationem sequuntur ducem, ducem, vix in eis aut ne vix quidem una esse doctrina potest: est enim res rerum cognoscendarum perdifficilis: mens vero et infirma est natura, et variatle distrahitur opinionum, et impulsione rerum oblata extrinsecus non raro fallitur; accedunt cupiditates, quae veri videntur nimium saepe tollunt saepe tollunt aut certe minuunt facultatem. Haec de causa in moderandis civitatibus saepe datur opera ut coniuncti teneantur vi, quorum animi discordant. — Longe aliter christiani: quid credere oporteat, ab Ecclesia accipiunt, cuius auctoritate ductaque se certo sciunt verum attingere. Propterea sicut una est Ecclesia, qua unus Iesus Christus, ita cunctorum toto orbe christianorum una est atque esse debet doctrina. *Unus Dominus una fides* (6). *Habentes autem eundem spiritum fidei* (7), salutem principium obtinent, unde eadem in omnibus voluntas eademque in agendo ratio sponte gignuntur.

Sed, quod Paulus Apostolus iubet, unanimitatem oportet esse perfectam. — Cum christiana fides non humanae, sed divinae rationis

(1) Coloss. 1, 24. — (2) Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Rom. XII. 4, 5. — (3) Cantio. VI, 9. (4) qui non est necesse, contra me est: et qui non colligit mecum, dispersit. Luc. X, 23. — (5) I Corinth. 7, 10. — (6) Ephes. IV, 5. — (7) II Corinth. IV, 13.

autoritate nitatur, quae enim a Deo accepimus, vera esse credimus non propter intrinsicam rerum veritatem naturali rationis lumine perspectam, sed propter auctoritatem ipsius Dei revelantis, qui nec falli nec fallere potest (1), consequens est ut, quasumque res constet esse a Deo traditis, omnino excipere singulas pari simi ique assensu necesse sit: quarum rerum abnuere fidem uni huc ferme recidit, repudiare universas, Evertunt enim ipsum fundamentum fidei, qui aut elocutum hominibus Deum negent, aut de infinita eius veritate sapientiae dubitent.—Statuere vero quae sint doctrinae divinitus traditae, Ecclesiae docentis est, cui custodiam interpretationemque Deus eloquiorum suorum commisit. Summus autem est magister in Ecclesia Pontifex romanus. Concordia igitur animorum sicut perfectum in una fide consensum requirit, ita voluntates postulat Ecclesiae romanoque Pontifici perfecte subiectas atque obtemperantes, ut Deo,—Perfecta autem esse obedientia debet, quia ab ipsa fide praecipitur, et habet hoc commune cum fide, ut dividua esse non possit: imo vero se absoluta non fuerit et numeros omnes habens, obedientiae quidem simulscrum relinquunt, natura tollitur. Cuiusmodi perfectioni tantum christiana consuetudo tribuit, ut illa tamquam nota internoscendi catholikos et habita semper sit et habeatur. Mire explicatur hic locus a Thoma Aquinate illis verbis: *Formale.... obiectum fidei est veritas prima secundum quod manifestatur in Scripturis sacris, et doctrina Ecclesiae, quae procedit ex veritate prima. Unde quicumque non inhaeret, sicut infallibili et divinae regulae, doctrinae Ecclesiae, quae procedit ex veritate prima in Scripturis sacris manifestata, ille non habet habitum fidei: sed ea, quae sunt fidei, alio modo tenet quam per fidem.... Manifestum est autem, quod ille, qui inhaeret doctrinis Ecclesiae tamquam infallibili regulae, omnibus assentit quae Ecclesiae docet. alioquin si de his, quae Ecclesia docet, quae cult. tenet, et quae non cult. non tenet, non iam inhaeret Ecclesiae doctrinae sicut infallibili regulae, sed propriae, cotantali (2). Una fides debet esse totius Ecclesiae secundum illud (1 Corinth. 1): id ipsum dicunt omnes et non sint in vobis schismata: quod servari non possit nisi quaestio fidei exorta determinetur per eum, qui toti Ecclesiae praeesit, ut sic eius sententia a tota Ecclesia firmiter teneatur. Et ideo ad solam auctoritatem Summi Pontificis pertinet nova editio Symboli, sicut et omni alia, quae pertinent ad totam Ecclesiam (3).*

In constituendis obedientiae finibus, nemo arbitretur, sacrorum Pastorum maximeque romani Pontificis auctoritati parendum in eo dumtaxat esse, quod ad dogmata pertinet, quorum repudiatio perlinax diiungi ab haeresibus flagitio non potest. Quin etiam neque satis est sincere et firmiter assentiri doctrinis, quae ab Ecclesia, etsi solemniter non definitae iudicio, ordinario tamen et universali magi-

(1) Conc. Vat. Const. Dei Filius, cap. 3.—(2) II-II. Quaest. V. art. III.—(3) Ib. Quaest. I, art. X.

sterio tamquam divinitus revelatae credendae proponuntur: quae fide catholica et divina credendas Concilium Vaticanum decrevit. Sed hoc est praeterea in officiis christianorum ponendum, ut potestate ductoque Episcoporum imprimisque Sedis Apostolicae regi se gubernarique patiantur. Quod quidem quam sit consentaneum, per facile apparet. Nam quae divinis oraculis continentur, ea Deum partim attingunt, partim ipsum hominem itemque res ad sempiternam hominis salutem necessarias. Idemvero de utroque genere, nimirum et quid credere oporteat et quid agere, ab Ecclesia iure divino praecipitur, uti diximus, atque in Ecclesia a Pontifice maximo. Quomobrem iudicare posse Pontifex pro auctoritate debet quid eloquia divina contineant, quae cum eis doctrinae concordent, quae discrepent: eademque ratione ostendere quae honesta sint, quae turpia: quid agere, quid fugere, salutis adipiscendae causa, necesse sit: aliter enim nec eloquiorum Dei certus interpres, nec dux ad vivendum tutus ille esse homini posset.

Alius praeterea intrandum in Ecclesiae naturam: quippe quae non est christianorum, ut fors tulit, nexa communio, sed excellenti temperatione divinitus constituta societas, quae illic recta proximeque spectat, ut pacem omnibus ac sanctitatem offerat: cumque res ad id necessarias divino munere sola possideat, certas habet leges, certa officia, atque in populis christianis moderandis rationem viamque sequitur naturae suae consentaneam.—Sed istiusmodi regiminis difficilis est et cum frequenti offensione curae. Gentes enim Ecclesia regi per cunctos terrarum tractus disseminat, genero differentes moribusque, quae, cum in sua quaque republica suis legibus vivant, civium simul ac sacrae potestati officium est subesse. Quae officia in eisdem personis coniuncta reperuntur, non vero pugnantia, uti diximus, neque confusa, quia alterum genus ad prosperitatem pertinet civitatis, alterum ad commune Ecclesiae bonum, utrumque parandae hominum perfectioni natum.

Qua posita iurium et officiorum terminatione, omnino liquet esse liberis ad res suas gerendis recte res civitatum: idque non modo non invita, sed plane adjuvante Ecclesia: quae quoniam Deum, hoc ipso ad iustitiam vocat erga principes. Verum longe nobiliore instituto potestas sacra eo spectat, ut regat hominum animos luendo regnum Dei et iustitiam eius (1), atque in hoc tota versetur. Dubitari vero salva fide non potest, istiusmodi regimen animorum Ecclesiae esse a signatum uni, nihil ut in eo sit politicae potestati loci: non enim Caesari, sed Petro claves regni caelorum Iesus Christus commendavit.—Cum haec de rebus politicis deque religiosis doctrina quaedam alio coniunguntur non exigui momenti, de quibus silere hoc loco nolumus.

Ab omni politico genere imperii distat christiana respublica plurimum. Quod si similitudinem habet conformationemque regni, pro-

(1) Matth. VI, 33.

fecto origi em, causam, naturam mortalibus regnis habet longe disporem.—Ius est igitur, vivere Ecclesiam tuerique se consentaneis naturae suae institutis ac legibus. Eademque cum non modo societatis perfecta sit, sed etiam humana quavis societate superior, sectari partium studia et mutabilibus rerum civilium flexibus servire iure officioque suo valde recusat. Similique ratione custos iuris sui, observantissima alieni, non ad se putat Ecclesiam pertinere, quae maxime forma civitatis placeat, quibus institutis res christianorum gentium civilis geratur: ex variisque reipublicae generibus nullum non probat, dum religio morumque disciplina salva sit.—Ad hoc exemplum cogitationes actionesque di rigi singulorum christianorum oportet. Non dubium est, quin quaedam sit in genere politico honesta contentio, cum scilicet incolumi veritate iustitioque certatur, ut opiniones re usque valeant, quae ad commune bonum praeter ceteris conducibiles videantur. Sed Ecclesiam trahere ad partes, aut omnino adiutricem veli ad eos, quibuscum contenditur, superandos, hominum est religioe intemperenter abutentium. Ex adverso sancta atque inviolata apud omnes debet esse religio: imo in ipsa disciplina civitatum, quae a legibus morum officioque religionis se arari non potest, hoc est potissimum perpetuoque spectandum, quid maxime expedit christiano nomini: quod ipsum scilicet in periculo esse adversariorum opera videatur, cessandum ab omni dissidio, et concordibus animis et consiliis propugnatio ac defensio suscipienda religionis quod est commune bonum maximum, quo sunt omnia referenda.—Idque opus esse ducimus aliquanto exponere accuratius.

Perfecto et Ecclesia et civitas suam habet utraque principatum: proptereaque in gerendis rebus suis neutra pareat alteri, utique intra terminos a proxima cuiusque causa constitutos. Ex quo tamen nulla ratione disiunctas esse sequitur, multoque minus pugnantes.—Sane non tantum nobis ut essemus natura dedit, sed ut morati essemus. Quare a tranquillitate ordinis publici, quam proxime habet civilis coniunctio propositam, hoc petit homo, ut bene sibi esse liceat, ac multo magis ut satis praesidii ad perficiendos mores suppeditet: quae perfectio nusquam nisi in cognitione consilii atque exercitatione virtutis. Simul vero vult, id quod debet, adiumenta in Ecclesia reperire, quorum ope pietatis perfectae perfectio fungatur munere: quod in cognitione usque positum est verae religionis, quae princeps est virtutum, propterea quod, revocando ad Deum, explet et cumulata universas.—In institutis igitur legibusque sciendis spectanda hominis indoles est moralis eadem ac religioe; eiuslemque curanda perfectio, sed recte atque ordiue: nec imperandum vetandumve quidquam nisi ratione habita quid civili hominum societati sit, quid religioe propositum. Haec ipsa de causa non potest Ecclesiae non interesse quales in civitatibus valeant leges, non quatenus ad rempublicam pertinent, sed quia fines debitos aliquando praetergressas in ius Ecclesiae invadunt. Quin imo resistere, si quando officiat religioni disciplina reipublicae, studioseque conari, ut in leges et insti-

tuta populorum virtus pervadat Evangelii, munus est Ecclesiae assignatum a Deo. Quoniamque fortuna reipublicae potissimum ex eorum pendet ingenio qui populo praesunt, idcirco Ecclesia patrocinium iis hominibus gratissime proberere non potest a quibus oppugnari sese intelligat, qui iura ipsius vereri aperte recusent, qui rem sacram remque civilem natura consociatas divellere contendunt. Contra fatiur; uti debet, eorum est qui, cum de civili deque christiana republica quod sentire rectum est, ipsi sentiant, ambas in communi bono concorditer elaborere volunt.—His praecipis norma continetur, quam in publica actione vitae catholicum quemque necesse est sequi. Nimirum, ubicumque in negotiis publicis versari per Ecclesiam licet, favendum viris est spectatae probitatis, eisdemque de christiano nomine meritis: neque causa esse ulla potest cur male erga religionem animatos liceat antepondere.

Ex quo apparet quam sit magnum officium tueri consensum animorum, praesertim cum per hoc tempus tanta consiliorum calliditate christianum oppugnetur nomen. Quotquot diligenter studuerint Ecclesiae adhaerescere, quae est *columna et firmamentum veritatis*, (1) facile cavebunt magistros mendaces.... *libertatem illis promittentes, cum ipsi servi sint corruptionis*, 2: quin imo ipsius Ecclesiae virtutis participes futuri, insidias sapientia vincunt, vim fortitudinae.—Non est huius loci exquirere, num quid, et quantum ad novas res contulerit opera segnior atque intestina discordia catholicorum: sed certe erant homines, nequam minus habituri audaciae, nec, tantas edituri ruinas, si robustior in plurimorum animis vigisset fides, quae per *caritatem operatur* (3), neque tam late vorum christianorum tradita nobis divinitus disciplina concidisset. Utinam praeterita res hoc pariant, recordando, commodi, rectius sapere in posterum.

Verum ad negotia publica accessuris duo sunt magnopere vitia fugienda, quorum alterum prudentiae nomen usurpat, alterum in temeritate versatur. Quisquam enim potenti polentique improbitate aperte resistere negant oportere, ne forte hostiles animos certamen exasperet. Isti quidem pro Ecclesia stent, an contra, incertum: quandoquidem profiteri se doctrinam catholicam affirmant sed tamen vellent, certas ab ea discrepantes opiniones impune propagari posse Ecclesia sineret. Ferunt dolenter interitum fidei demutationemque morum: nihil tamen de remedio laborent, vel etiam nimia indulgentia aut perniciosa quadam simulatione non raro malum augent. Idem de sua in apostolicam Sedem voluntate nemini volunt esse dubium: sed habent semper aliquod, quod pontifici succenseant. Istiusmodi hominum prudentia ex eo est genere, quod a Paulo Apostolo *sapientia carnis et mors animi* appellatur, quia nec subest legi divinae, nec potest subesse (4). Nihil autem minus est ad mala minuenda providum, inimicis enim, quod praedicare et in quo gloriosi

(1) I Timoth. III, 15.—(2) II Petr. II, 1. 19.—(3) Galat. V, 6.—(4) *Sapientia carnis ista non est Dei: legi enim Dei non est subiecta: nec enim potest*. Rom. VII, 6, 7.

multi eorum non dubitant, hoc est omnino propositum, religionem catholicam, quae vera sola est, funditus, si fieri posset, extinguere. Tali autem consilio nihil non audent: sentiunt enim, quo magis fuerit alicuius tremefacta virtus, eo sibi expeditiorem fore malorum rerum facultatem. Itaque qui adamant *prudentiam carnis*, ac nescire se simulant, christianum quemque debere bonum militem Christi esse: qui debita victoribus praemia consequi mollissima via atque intacti a certamine volent, si tantum abest ut iter malorum intercipient, ut potius expeditant.

Contra non pauci fallaci studio permoti, aut, quod magis esset vitio, aliud agentes, aliud simulantes, non suas sibi perites assumunt. Res in Ecclesia geri suo ipsorum iudicio atque arbitrato velent usque eo, ut omne quod secus agitur, moleste ferant, aut repugnanter accipiant. Hi quidem inani contentione laborant, nihilo minus, quam alteri, reprehendendi. Hoc enim est non sequi potestatem legitimum, sed praevertere, simulque magistratum munia ad privatos rapere, magna cum perturbatione ordinis, quem Deus in Ecclesia sua perpetuo servandum constituit, nec sinit a quoquam impune violari.—Illi optime, qui descendere in certamen, quotiescumque est opus, non recusant, hoc rati persuasoque, interituram vim iniustam, sanctitatisque iuris et religionis aliquando cessuram. Qui videntur sine dignum aliquid antiqua virtute suscipere cum tueri religionem committunt maxime adversus factionem audacissimam, christiano nomini exagitando natam, quae Pontificem maximum in suam redactum potestatem conseq̄tari hostiliter non desistit: sed obedientiae studium diligenter retinent, nihil aggredi iniussu soliti. Imvero quo iam similis optemperandi voluntas, robusto animo constantiaeque coniuncta, christianis universis est necessaria, ut, quoscumque eius tempus invexerit, in nullo sint deficientes (1), magnopere velius in singulorum animis alte insidere eam, quam Paulus (2) *prudentiam spiritus* nominat. Haec enim in moderandis actionibus humanis sequitur optimam mediocritatis regulam, illud in homine efficiens, ne aut timide desperet propter ignaviam, aut nimis confidat propter temeritatem.—Est autem quod differat inter prudentiam politicam, quae ad bonum commune, et eam quae ad bonum cuiusque privatim pertinet. Haec enim cernitur in hominibus privatis, qui consilio rectaeque rationi obediunt in gubernatione sui: illa vero in praepositis, maximeque in principibus, quorum muneris est cum potestate praeesse: ita quidem ut politica privatorum prudentia in hoc videatur tota consistere, legitimae potestatis iussa fideliter exequi (3). Haec dispositio atque hic ordo tanto magis valere in christi-

(1) Iac. I, 4.—(2) Rom. VIII, 6.—(3) *Prudentia in ratione est; regere autem et gubernare proprie rationis est: et ideo utriusque ingenuum participat de regimine et gubernatione, in tantum concessit sibi habere rationem et prudentiam. Manifestum est autem quod subditi, ingenuum est subditi, et servus ingenuum est servus, non est regere et gubernare, sed magis regi et gubernari. Et ideo prudentia non est virtus servus, ingenuum est servus, nec*

stiana republica debet, quanto Pontificis politica prudentia plura complectitur: eius enim est non solum regere Ecclesiam, sed generaliter civium christianorum actiones ita ordinare, ut cum spe adipiscendae salutis aeternae apte congruant. Ex quo apparet, praeter summam sententiarum concordiam et factorum, necesse esse politicam potestatis ecclesiasticae observare in agendo sapientiam. Imvero christianae rei administratio proximo et secundum Pontificem romanum ad Episcopos pertinet: qui scilicet, quamquam pontificalis fastigium potestatis non attingunt, sunt tamen in ecclesiastica hierarchia veri principes; cumque singulas Ecclesias singuli administrant, sunt *quasi principales artifices... in edificio spirituali* (1), atque habent munus adiutores, ac ministros consiliorum Clericos. Ad hanc Ecclesiae constitutionem, quam nemo mortalium mutare potest, actio est accomodanda vitae. Propterea quemadmodum Episcopis necessaria est cum Apostolica Sede in gerendo episcopatu coniunctio, ita clericos laicosque oportet cum Episcopis suis coniunctissime vivere, agere.—Ipsorum quidem Antistitum utique potest esse aliquid aut minus laudabile in moribus, sed in sententis non probabile: sed nemo privatus arroget sibi personam iudicis, quam Christus Dominus illi imposuit uni, quem agnis atque ovibus praefecit. Memoria quoque tenet sapientissimam Gregorii magni sententiam: *Admonendi sunt subditi, ne praepositorum suorum vitam temere iudicent, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident, ne unde mala recte redarguant, inde per elationis impulsam in profundiora mergantur. Admonendi sunt, ne cum culpas praepositorum considerant, contra eos audaciores fiant, sed sic, si qua valde sunt eorum prava, apud semetipsos diiudicent, ut tamen divino timore constricti ferre sub eis iugum reverentiae non recusent... Facta quippe praepositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cum recte reprehendenda iudicantur* (2).

Verumtamen parum suat conata profuturæ, nisi ad virtutum christianarum disciplinam vita instituitur.—Illa est sacramentum Literarum de Iudaeorum genere sententia: *Usque dum non peccarent in conspectu Dei sui, eram cum illis bona; Deus enim illorum odit iniquitatem... Cum recessissent a via, quam dederat illis Deus, ut ambularent in ea, exterminati sunt praetis a multis nationibus* (3). Atqui inchoatam formam populi christiani gerebat Iudaeorum natio: atque in veteribus eorum casibus saepe imago inerat veritatis futurae: nisi quod longe maioribus beneficiis auxilium nos atque ornavit divina benignitas, ob eamque rem ingrati animi crimen multo efficit christianorum graviora delicta.

subditi, ingenuum est subditi. Sed quia quilibet homo ingenuum est rationalis, participat aequi de regimine secundum arbitrium rationis, in tantum concessit ei productionem habere. Unde manifestum est quod prudentia quilibet in principi est ad modum artis architectonicae, et dicitur in VI Ethic. coram: in subditi autem ad modum artis manuum operantis.

§ Thom. II-II, Quaes. viii, art. XI.

(1) S. Thom., *Quodlib.* I, art. xiv.—(2) Reg. Pastor. P. III, cap. iv.—(3) Iudith V, 20, 22.

Ecclesia quidem nullo tempore nulloque modo deseritur a Deo: quae nihil est, quod sibi ab hominum scelere metuat: at vero degenerantibus a christiana virtute nationibus non eadem potest esse securitas. *Miseros enim facit populos peccatum* (1).—Cuius vim veritateque sententiae si omnis retro experta est aetas, quid est causa quomobrem nostra non experitur? Imo debitis iam instare poenis, permulta declarant, idemque status ipse confirmat civitatum; quarum plures videlicet intestinis malis attritas, nullam ab omni parte tutam videmus. Quod si improborum factiones institutum iter audacter perrexerint; si evenerit iis ut, quemadmodum grassati tur malis artibus et peiore proposito, sic opibus potentiaque invalescant, metuendum sane ne totas civitates a fundamentis, quae posuit natura convellent. — Neque vero prohiberi tantae formidines sola hominum opera possunt, praesertim quia multitudo ingens, fide christiana reiecta iustus superbiae poenas in hoc luit, quod veritatem obsecata cupiditatibus frustra conquirat, falsa pro veris amplexatur, sibi que videtur sperare cum vocat *malum bonum, et bonum malum, potens tenebras lucem, et lucem tenebras* (2). Igitur Deus intersit, ac benignitatis suae memor civilem hominum societatem recipiat necesse est. Quomobrem, quod vehementer alius hortati sumus, singulari studio constantique tenendum, ut clementia divina obsecratione humili exoretur, virtutesque, quibus efficitur vita christiana, revocentur. Imprimis autem excitanda ac tuenda caritas est, quae praecipuum vitae christianae firmamentum continet, et sine qua aut nullae omnino sunt, aut fructu vacuae virtutes. Idcirco beatus Paulus Colossenses adhortatus, ut vitium omne defugerent, variasque virtutum laudem consecrarentur, illud subiicit, *super omnia autem haec caritatem habete, quod est vinculum perfectionis* (3). Vere vinculum est perfectionis caritas, quia quos complexa est, cum Deo ipso intimo coniungit, perficitque ut vitam animae hauriant a Deo, cum Deo proximorum consociari, quia infinitum Dei bonitatem homines participent, eiusque gerunt in se expressam imaginem atque formam. *Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum* (4). *Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, et fratrem suum oderit, mendax est* (5). Atque hoc de caritate mandatum divinus eiuslator novum nominavit, non quod diligere homines inter se non aliqua iam lex, aut ipsa natura iussisset, sed quia christianum hoc diligendi plane novum erat atque in omni memoria inauditum genus. Christus enim caritate lesus. Christus et diligitur a Patre suo et homines ipse diligit, eandem impetravit alumnis ac sectatoribus suis, ut cor unum et anima una esse in ipso possent, sicut ipse et Pater unumque natura sunt. Huius vis praeccepti nemo ignorat quam alte in christianorum pectus a principio descenderit, et quales quantosque concordiae, benevolentiae mutuae, pietatis, patientiae, fortitudinis fructus attulerit. Quidam opera detur exemplis maiorum imitandis?

(1) Proverb. XIV. 24.—(2) Is. V. 20.—(3) Coloss. III. 14.—(4) I. Jo. IV. 21.—(5) Ib. 20

Tempora ipsa non exiguos admovent ad caritatem stimulos. Renovantibus impiis adversus Iesum Christum odia, instauranda christiana pietas est, magnarumque rerum effectrix renovanda caritas. Quiescent illi, si qua sunt, dissidia; silant certationes illae quidem quae vires dimicantium dissipant, nec ullo modo religioni prosunt; colligatisque fide mentibus, caritate voluntatibus, in Dei atque hominum amore, ut aequum est, vita degatur.

Locus admonet hortari nominalim patrisfamilias, ut his praecceptis et domos gubernare studeant, et liberos mature instituere. Initia reipublicae familia complectitur, magnamque partem alitur intra domesticos parietes fortuna civitatum. Idcirco qui hes divellere ab institutis christianis volunt, consilia a stirpe exorsi, corrumpere societatem domesticam naturant. A quo eos scelere nec cogitatio deterret, id quidem nequaquam fieri sine summa parentum iniuria posse, natura enim parentes habent ius suum instituendi, quos procreant, hoc adiuncto officio, ut cum fide, cuius gratia sobolem Dei beneficio susceperunt, ipsa educatio conveniet et doctrina puerilis. Igitur parentibus est necessarium eniti et contendere, ut omnem in hoc genere propulsent iniuria omninoque pervineant ut sua in potestate sit educere liberos, uti par est, more christiano, maximeque prohibere scholis iis, a quibus periculum est ne malum venenum imbibant impietatis. Cum de fingenda probe adolescentia agitur, nulla opera potest nec labor suscepti tantus, quin etiam sint suscipienda maiora. In quo sane digni omnium admiratione sunt catholici ex variis gentibus complures, qui suas erudiendis pueris scholas magno sumptu, maiore constantia paravere. Aemulari salutare exemplum, publicumque postulare videntur tempora, decet; sed positum sit imprimis, omnino in puerorum animis plurimum institutionem domesticam posse. Si adolescens aetas disciplinam vitae probam, virtutumque christianarum tanquam palaestram domi repererit, magnam praesidium habitura salus est civitatum.

Attigisse iam videmur, quas maxime res hoc tempore sequi, quas fugere catholici homines debeant.—Reliquum est, idque vestrarum est partium, Venerabiles Fratres, curare ut vox Nostra quacumque pervadat, omnesque intelligant quantum referat ea, quae his literis persecuti sumus, reipsa efficere. Horum officiorum non potest molestia et gravis esse custodia, quia iugum Iesu Christi suave est, et onus eius leve.—Si quid tamen difficilium factu videatur, debitis auctoritate exemploque operam, ut acrius quisque intendat invictumque praestet a difficultatibus animum. Ostendite, quod saepius ipsi monuimus, in periculo esse praesentissimas, ac summe expectanda bona; pro quorum conservatione omnes esse patibiles labores putandos; ipsisque laboribus tantam remunerationem fore, quantum christiane acta vita maximam parit: Alii qui propugnare pro Christo nolle, oppugnare est: ipse autem testatur (1), negaturum se coram Patre suo in


(1) Luc. IX. 26.

caelis, quotquot ipsum coram hominibus profiteri in terris recusarint. — Ad Nos quod attinet, vosque universos, nunquam profecto, dum vita suppetat, commissuri sumus, ut auctoritas, consilium, opera Nostra quoquo modo in certamine desideretur, opem; quoad debellatum erit, adfuturam.

Qua erecti fiducia, caelestium munerum auspicem, benevolentiae que Nostrae tamquam pignus Vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque universo quibus singuli praeestis apostolicam benedictionem peramanter in Domino impartimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die X Ianuari anno MDCCCLXXX, Pontificatus Nostrae duodecimo.

LEO PP. XIII.



EPÍSTOLA ENCÍCLICA

A los Obispos, al clero y al pueblo de Italia.

LEON P. XIII.

Venerables Hermanos: Salud y bendición apostólica.

DE lo alto de la Sede Apostólica, donde la divina Providencia Nos ha colocado para velar por la salvación de todos los pueblos, Nuestra mirada se posa frecuentemente sobre Italia, en cuyo seno, por obra de singular predilección puso Dios la Sede de su Vicario, y de donde, por otra parte, Nos vienen ahora múltiples y dolorosas amarguras. No Nos contristan las ofensas personales ni las privaciones y sacrificios impuestos por la actual situación de las cosas, ni las injurias y dictérios que una prensa procaz tiene plena libertad de lanzar contra Nos todos los días. Si se tratase solo de Nuestra persona, y no viésemos que Italia, amenazada en su fe marcha derechamente á su ruina llevaríamos en silencio las ofensas, contentos con repetir también Nos aquello que decía de sí mismo uno de nuestros más ilustres predecesores: «Si terra mea captivitas per quotidiana momenta non exeresceret, de despectione mea atque irrisione lætus tacerem (1)».

Pero además de la independencia y dignidad de la Santa Sede, se trata de la religión misma y de la salud de toda una nación, y de nación tal, que desde los primeros tiempos abrió su seno á la fe católica y siempre la conservó cuidadosamente. Parece increíble, pero es verdad: hemos llegado á punto de temer que nuestra Italia pierda la fe. Otras veces hemos dado la voz de alerta anunciando el peligro; pero no por eso creemos haber hecho bastante. Ante los continúos

(1) San Gregorio M.; carta al Emperador Mauriçio, Registro, 5.